

## Band I., Nr. 132, Seite 155-156

*König Ludwig (der Deutsche) bestätigt einen zwischen dem Kloster St. Gallen und dem Grafen Conrad getroffenen Tausch von genannten Gütern im Linzgau und im Argengau.*

Frankfurt, 861. April 1.

(Chr.) In nomine sanctae et individuae trinitatis. Hludouuicus divina favente gratia rex. Si enim ea quae fideles regni nostri pro eorum oportunitatibus inter se commutaverint, nostris confirmamus aedictis, regiam exercere consuetudinem, et hoc in postmodum iure firmissimo mansurum esse volumus. Idcirco noverit omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum solertia, quia quidam venerabilis abba atque archicappellanus noster Grimaldus, nec non et quidam comis inluster, nomine Chuonratus, dixerunt nobis, eo quod, pro ambarum partium oportunitate, de quibusdam rebus inter se nuperrimam commutationem fecissent. Dedit itaque praefatus Chuonratus praedicto abbati ad monasterium sancti Galli in comitatu Linzigauge<sup>a</sup>, in loco nuncupato Eigilesuuilare<sup>1</sup>, unam basilicam et casam cum curte ceterisque edificiis, ac de terra culta LX iugera in Foraste<sup>2</sup> iacentia, necnon et unum novale iacentem in marcha Argungaunensium, inter Eigilesuuilare et Forastum et Rotinbahc<sup>3</sup> situm. Et contra accepit a supradicto abbate ex parte monasterii sancti Galli hobas III pleniter emensas, inter Richinbach et Liubilinuuang<sup>4</sup> sitas. Ea videlicet ratione, ut utraque pars accepti ius concambi[i] perpetuis deinceps temporibus inconvulsum et inviolabile, absque ullius inquietudine vel repetitione possideat. Insuper etiam ex nostra largitione ad praefatum monasterium concedimus, ut ipsa familia in ipsa cellula manens

<sup>a</sup>Im Original *Linzigauue*.

<sup>1</sup>*Eigilesuuilare*, dessen Deutung noch immer unsicher ist: Die ursprüngliche Deutung als Eggenweiler, Deggenhausertal, FN, tritt völlig in den Hintergrund vor neueren Bestimmungsversuchen als Brochenzell, Meckenbeuren, FN, oder Ellenweiler, Friedrichshafen, FN, oder etwa Pfarr, Wolfegg, RV, A; vgl. auch für die Diskussion um Bestimmung der anderen Güterorte in der Urkunde MICHAEL BORGOLTE (HRSG.): *Subsidia Sangallensia: Materialien und Untersuchungen zu den Verbrüderungsbüchern und zu den älteren Urkunden des Stiftsarchiv St. Gallen*, Bd. 1, St. Gallen 1986 (Sankt Galler Kultur und Geschichte, 16), Bd. 1, S. 408f., Anm. 479.

<sup>2</sup>*Foraste*, wird u.a. für einen abgeg. Ort bei Appenweiler, Friedrichshafen, FN, gehalten, oder auch für Forst, Vogt, RV.

<sup>3</sup>*Rotinbahc*, vielleicht Rötenbach, Wolfegg, RV, oder Reute, Meckenbeuren, FN, oder ein sonst unbekannter Ort etwa am Rötenbach, einem Schussenzufluss.

<sup>4</sup>Leiblach, Vorarlberg, Östereich.

## II

potestatem habeat materia et ligna cedendi, et pasturam animalibus, qui in eadem cellula sunt, hoc est, in iumentis et bubus et ovibus et porcis atque capris. Unde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum hominum roboratas nobis ad relegendum ostenderunt, sed pro integra firmitate ac securitatis studio depræcati sunt celsitudinem nostram, ut eas commutationes per nostrum mansuetudinis præceptum confirmare deberemus. Quorum petitioni denegare nolimus, sed unicuique fidelium nostrorum cognoscat magnitudo, hos apices serenitatis nostrae eis fieri iussimus, per quos decernimus atque iubemus, ut quicquid pars iuste et rationabiliter alteri contulit parti, ita deinceps per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo teneat atque possideat, et faciat exinde quicquid sibi libuerit. Et ut haec auctoritas concessionis atque confirmationis nostrae firmior habeatur, et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris verius credatur atque diligentius conservetur, de anulo nostro subter eam iussimus sigillari.<br> <br> Uualto ad vicem Grimaldi archicapellani recognovi et subscripsi<sup>b</sup>. (*Rekognitionszeichen. Siegel*).<br> <br> Data kalendis Aprilis, anno, Christo propitio, XXVIII.<sup>5</sup> regni domni Hludouici serenissimi regis in orientali Frantia regnante, indictione VIII. Actum Franconofurt, palatio regio. In dei nomine feliciter, Amen.

---

Der Textabdruck folgt dem Original, wo sich unter den St. Galler Traditionsurkunden (III, 299) auch eine gleichzeitige Abschrift der Urkunde befindet.

---

<sup>b</sup>Das Wort *subscripsi* mit dem Rekognitionszeichen verbunden.

<sup>5</sup>Von 833 Juni (Ende) an gerechnet eigentlich das Jahr 862. Die Indiktion entscheidet für das Jahr 861. Auch die JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 1: Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern 751-918, Bd. 1, nach Johann Friedrich Böhmer neu bearb. von Engelbert Mühlbacher, 2. Aufl. beendet von Joachim Lechner, Innsbruck 1908. [ND der 2. Aufl. H, Bd. 1, S. 612 (557), Nr. 1445 (1404), datieren ebenso.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

### Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen III. 299

### Überlieferung und Textkritik:

Dort auch eine gleichzeitige Abschrift.

### Editionen:

Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 304. Neugart: Codex diplomaticus, Bd. 1, Nr. 394. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KAROLINGER, Bd. 1: Die Urkunden Ludwigs des Deutschen, Karlmanns und Ludwigs des Jüngeren, hrsg. Von Paul Fridolin Kehr, Berlin 1934 [2. unveränderte Aufl. Berlin 1955], S. 149 f., Nr. 103. HERMANN WARTMANN (BEARB.): Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 2, Nr. 479, S. 95 f.

### Regesten:

Regest in den Regesta Imperii Abt. 1, Bd. 1, S. 612, Nr. 1445.

## Weitere Angaben

### Ausstellungsort:

Frankfurt

### Ortsindex:

Argengau<br> Brochenzell Wohnplatz (18053)<br> Brochenzell, Meckenbeuren, FN<br> Eggenweiler Wohnplatz (18481)<br> Eggenweiler, Deggenhausertal, FN<br> Eigilesuuilare<br> Ellenweiler Wohnplatz (17859)<br> Ellenweiler, Friedrichshafen, FN<br> Foraste<br> Forst Wohnplatz (20228)<br> Forst, Vogt, RV<br> Frankfurt am Main, F<br> Leiblach, Vorarlberg, Österreich<br> Linzgau<br> Reute Wohnplatz (18085)<br> Reute, Meckenbeuren, FN<br> Rickenbach, Scheidegg, LI<br> Rotinbahc<br> Rötenbach, Wolfegg, RV<br> St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz<br> Wolfegg RV<br> Wolfegg Gemeinde (20600)